

und Canones, die einen Widerspruch gegen die päpstliche Instanz rechtfertigen. Die übereilt verhängte Strafsentenz sei nichtig, der Papst nicht in der Position, über den König zu richten. Abschließend vergleicht der Herrscher die Tragweite der Fehlentscheidung des Papstes wegen dessen besonderer Vorrangstellung mit dem Himmelssturz des Lucifer.

Brux. 19020 fol. 60^{rv}.

Patri^a ac domino I(nnocencio) Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici I(ohannes) rex Anglie oscula pedum.

Ne in celum videar ponere os meum¹, ne sententiam Cham, qui verenda patris detexit², credar incurrere, si districta vos increpacione³ percuciam, si
 5 contra stimulum sentencie vestre recalcitrem⁴, excusare me poterit exemplum, quod proponam: Balaam propheta cum ad maledicendum populum Dei proficisceretur⁵, correptorem sue vesanie habuit: subiugale mutum. Si ergo animal mutum contra naturam loquens prophete redarguit insipientiam⁶ et distorta itinera inpedivit, sicut mihi suggerunt^b, qui in lege Domini
 10 sunt exercitati, formam et libertatem prelatos suos increpandi, cum exorbitant, ex hoc assumere possunt exemplo etiam subditi. Et ut multa uno verbo perstringam⁷: capud nostrum Christus inter probra et verbera, que paciebatur a Iudeis, ait „Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo!“⁸ Si

a) Rubrizierung des Majuskel-P in der Hs. nicht ausgeführt.

b) Unsichere Lesung.

1) AELREDUS RIEVALLENSIS, *Homiliae de oneribus prophetis Isaiae X 9* (CC Cont. Med. 2D, S. 90, 108f.): Nolo dicere, fratres, nolo dicere, ne videar ponere in caelum os meum. Ipsi viderint. Vgl. Ps. 72, 9 (iuxta LXX).

2) C. 2 q. 7 c. 12 (ed. FRIEDBERG, Sp. 485): [...] Cham, qui verenda patris non operuit [...].

3) C. 2 q. 7 c. 28 (ed. FRIEDBERG, Sp. 491): Ubi autem senior iuvenibus exemplum ad interitum prebet, ibi districta increpatione feriendus est.

4) Act. 26, 14: [...] Saule Saule quid me persequeris durum est tibi contra stimulum calcitrare.

5) C. 2 q. 7 c. 41 (ed. FRIEDBERG, Sp. 496): Item, cum Balaam ariolus iret ad maledicendum populum [...].

6) C. 2 q. 7 c. 31 (ed. FRIEDBERG, Sp. 492): Docti ab indoctis, clerici a laicis quandoque merito reprehenduntur. [...] Secuti sunt viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit, correptionem vero habuit suae vesaniae. Subiugale mutum quod hominis voce loquens prohibuit prophetae insipientiam.

7) Vgl. *Spurium V, fol 22^v*: [...] et ut multum paucis concludamus [...].

8) Iob. 18, 23 sowie C. 2 q. 7 c. 39 (ed. FRIEDBERG, Sp. 495): Christus [...] inter obprobria et verbera, que patiebatur ab eis, ait: „Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.“